

**CONSELLO DA CULTURA GALEGA
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA**

744

1219/04/20.

Paio Pérez de Parada e a súa muller, Eldonza Gutiérrez “Boa muller”, véndenlle ó mosteiro de Toxos Outos o que teñen na igrexa de Sta. María de Olveira por vintedous soldos e uns sotulares.

B.- Tombo, f. 184v.

Carta Petri Pelagii de Parada et de uxore sua de parte sua ecclesie de Olueyra.

In Dei nomine. Ego Petrus Pelagii de Parada una cum uxore mea Eldonza Goterriz cognomenta Mulier Bona et cum filiis et filiabus meis et omnis uox mea vobis domno Johanni, monasterii Sancti Justi de Togis Altis abbatii, et omni conuentui eiusdem monasterii omnique uoci uestre facio testamentum et cartulam donationis imperpetuum ualitaram de tota porcione mea et de mea gente quantam habeo uel habere debeo ego et omnis gens mea in ecclesia Sancte Marie de Oluaria. Hanc igitur porcionem meam et de mea gente predicte ecclesie pro Dei amore et sancte Marie uirginis et omnium sanctorum et pro remedio anime mee et parentum meorum dono et concedo uobis et monasterio uestro, et cetera. Et dati mihi solidos XXII et unos sotulares pro robore. Habeatis uos igitur ipsam porcionem predicte ecclesie cum omnibus suis directuris, possideatis, et cetera. Et est ipsa ecclesia sita in terra Pistomarchos iuxta mare de Teyra que olim uocata est Finis Terre.

Facta carta donacionis simul et uendicionis in era I^a CC^a L^a VII^a et quotum XII kalendas maii.

Siquis autem ex parte mea uel extranea contra hoc uenerit sit maledictus usque in VII^{am} generationem et insuper pariat solidos C; hoc scripto semper in suo robore permanente.

Ego Petrus Pelagii, et cetera.

Q. p. f.: Martinus Munionis de Iales, conf. Martinus Parente, conf. Petrus Cresconii de Iales, conf. Julianus Petri de Iales, conf. Petrus Ordonii de Aluariza, conf. Martinus Petri, tes.

Dominicus, cantor, notuit et conf.